



Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo

Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, M.DC.LXXXIX.

Cap. CLXXXV. Confessio dotis receptæ in dubio præsumitur facta constante matrimonio animo donandi: & non firmatur juramento, nisi præcesserit dotis promissio. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98388](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98388)

Voluntas autem testatrix, videlicet Dñæ Frænciæ, est evidentissima in fauorem, transmissionis; cum ipsa delectet in suo testamento, quod propter certas causas eidem testatrici bene notas, Dña Henrietta ejus hæres posset differre, aut procrastinare petitionem suæ hereditatis per longum spatium temporis, & annorum, quod repetit sapius in clausulis legatorum: postmodum verò illa instituta hærede, dicta Dña Frænciæ subiungit, quod si ipsa decederet ante acceptationem suæ hereditatis, voluit & ordinavit quod dicta hæreditas veniat, sit & pertineat ad hæredes ejusdem Dñæ Henriettæ, quos dicto casu, quatenus opus est ipsa testatrix, *ex nunc, prout ex tunc*, substituit, & instituit respectiue, in locum dictæ Dñæ Henriettæ. Aut igitur dicta Dña Henrietta adiuit hereditatem Frænciæ, aut non: si adiuit, res est expedita: si non adiuit similiter ex mente testatrix succedere debent hæredes dictæ Dñæ Henriettæ, si non jure vocationis, ² saltem jure transmissionis: † cum Dña Frænciæ testatrix expressè voluerit quod Dña Henrietta possit de dictis bonis disponere, & hæredem instituere: imò quod plus est, expressè vocauerit hæredes ipsius, qui propterea saltem jure transmissionis admittendi sunt: juxta doctrinam Baldi in *l. si pater, C. de insti. & substi. in quarta quest.* ubi loquitur de fideicommissio conditionalis relicto Titio & ejus hæredibus: ex qua nominatione *hæredum* dispositiue facta, colligitur conjectura transmissionis & vocationis: quem doctrinam communiter receptam esse asserit Peregr. *conf. 63. num. 31. vol. 2.* & Card. Mantica, de *consect. ultimar. volum. lib. 1. tit. 20. n. 19.* & infinitos propemodum citat Fusar, de *substi. quest. 490. n. 114. & sequent.*

3 Tantò magis inducta fuit transmissio, quia re-
statrix hæredes Dñæ Henriettæ vocavit, & insti-
tuit cum clausula *ex nunc, prout ex tunc*, ut optimè
ostendit Christoph. Mart. *Exam. 2. num. 23.* per do-
cterinam Bartoli in *l. si qui pro emptore, ff. de usufrap.*
Fufar. ubi *suprà, q. 490. n. 19.*

Quod si supponamus heredes Dñæ Henriettæ
venire tanquam hæredes testamentarios ipsius, siue
jure vocationis, siue jure transmissionis; sequitur,
illos teneri restituere bona ipsius Dñæ Franciscæ
vnâ cum fideicommissis vniuersali bonorum Hen-
4 riciettæ. † Certum est enim, hæredem jure trans-
missionis venientem teneri adimplere omnia legata,
& fideicommissa apposita in testamento transmi-
tentis, & soluere omnia illius debita de dictis bo-
nis, eademque bona transmissa ponere in inuen-
tario bonorum transmittentis, ut tradunt Zanchus
in l. hæredes mei, §. cum ita: ff. ad Trebell. num. 203. &
204. & aliquid habetur n. 358. in fin. in l. si quis
filium, C. de inoffic. testam. num. 3. in secta limit.

Castrensis in ead. l. n. 3. † Succedit enim ex persona
transmittentis: Ruin. conf. 22. num. 19. vol. 3. Et
idem quemadmodum bona propria Dñæ Henri-
etæ, sunt supposita fideicommissio in fauorem dicti
Ludouici, ita etiam bona transmissa; † quia non
transmittuntur, nisi sub qualitate hereditaria.
Rip. dicto §. cum ita, num. 62. cum allegatis per
Fular. quæst. 491. quibus addo Nicol. Noal. in trat-
tu de transmiss. in princ. num. 4. & multis sequentibus.
Vbi quod succedens jure propriae uocationis,
necesse non habet, ut sit hæres antecessoris, sed
succedens jure transmissionis debet esse hæres
transmittentis, & ideo tenetur legatariis & credi-
toribus eiusdem transmittentis satisfacere. Quod
facere non tenetur succedens jure propriae voca-
tionis: & res transmissa dicitur esse de hereditate

transmittentis ad omnes effectus, & præterea
ad fines detractionis legitimæ super bonis trans-
mittentis calculandæ, in qua bona transmissa
ponuntur in globo hæreditatis illius: Cetera
part. 3. c. 1. de transmiss. n. 158. Surd. *desig. 142. n. 54.*
& 16. cum aliis per eos allegatis. Et factura de
mili quæ traduntur per DD. de co; q; i. in
in feudo hæreditario; vel de filio, cui fuit acqui-
situm tanquam hæredi patris: hi enim tenentur sol-
vere debita, & præstare fideicommissi antecesso-
rum: quia bona illis acquiruntur sub qualitate
hæreditaria: in quibus casibus loquuntur natura-
li DD. citati à Fufar. d. 491.

Neque opus erat quod dicta Dña Henrietta
expressis verbis disponeret in suo testamento de
hereditate Francescæ: quia cum daretur mentis
rationalis, propter quem ipsa non dubitat expressè
acceptare dictam hereditatem Francescæ, nec vi-
lè licet incurrere indignationem mariti, qui cum
patruis fratri Dña Francescæ, qui ipsi ab in-
stato successurus fuisset, & in cuius mariti dote
testamentum Henrietta recitatum fuit, & ipsa
maritus summopere nepotem diligebat, cum cum
hæredem vniuersalem insequitur, non potest ex
mente testatrix Henrietta teneat ad expressam
dispositionem de bonis Francescæ; sed sufficiebat
expressio verbis generalibus, & aliquo copre-
mur dicere Dominam Franciscam vultisse adiri-
gere suam hæredem ad indicandam suam volun-
tatem marito, quam tamen secretam remanere tes-
tatrix ipsa Franciscam cupiebat.

Præterea non fuisset opus, quod Francia vocasset hæredes Henriette in eadem non aditæ, quia si ipsa expressè de bonis Franciæ disposuisset, ex eo solo illius hæreditatem adquisisset: ad tradita in *L. gerit, ff. de acquir. hæred.*

Et tamen quando versaremur in casa, in quo
necessaria fuisset mentio expressa bonorum Fran-
cesibz, satis diceretur facta per illam generalem
hæredis institutionem, quidquid dixerit Societas
conf. 92. num. 23. vol. 3. quia contrarium veritas est
ex Paris. conf. 72. numero 67. & 63. vol. 1. Perque
fideicom. art. 40. numero 32. & sequent. sique ad
Menoch. conf. 1130. numero 15. Fular. quæst.
444. numero 8. & 550. numero 10. & quæst.

Maximè stantibus verbis generalibus dicitur
stitutionis factæ per Dominum Henticum
omnibus & quibuscumque suis bonis, donationibus
juribus, rationibus, & actionibus, quæcumque
constant, aut consistere possint, presentibus
futuris; quæ denotant enixam mentem testatoris,
cùm appellatione *jurium*, veniat etiam facultas
quid faciendi, vel disponendi: Menoch. *conf. su-
num.* 32. Fular. *dicta questione* 550. numero 12.
& 16.

CAPUT CLXXV.

Confessio dotis receptæ in dubio præsumitur facta constante matrimonio. Immo donandi, & non firmatur juramento, nisi præcesserit dotis promissio. Ex quibus conjecturis præsumatur simula dulenta & simulata. Quæ simulatio potest opponi, etiam si lapsa sint tempora præsumptionis.

præfinita ad proponendam exceptionem dotis non numeratæ.

SUMMARIVM.

- 1 Confessio dotis recepta facta per maritum constante matrimonio, nulla dotis constitutione præcedente, utrum censeatur facta animo donandi, vel sub spe futura numerationis, pendet ex conjecturis.
- 2 Regulariter confessio mariti de dote recepta constante matrimonio, censeatur facta animo donandi, secundum veriorum opinionem.
- 3 Confessio facta in absentia uxoris majorem arguit fraudem legis.
- 4 Confessio dotis incongrua præsumitur fraudulenta, & animo donandi facta.
- 5 Confessio dotis recepta in argento, auro, & jocalibus præbet fraudis conjecturam.
- 6 Confessio per maritum uxoris favore facta animo donandi, non firmatur juramento.
- 7 Juramentum assertorium non reddit contractum validum, sed etiam requiritur promissorium.
- 8 Exceptio dotis non numerata locum non habet, nisi quando confessio dotis recepta fuit sub spe futura numerationis, non autem quando animo donandi.
- 9 Terminus à lege præfixus ad proponendam exceptionem dotis non numeratæ, locum non habet, quando confessio facta est de speciebus receptis ante confessionem.
- 10 Exceptio simulationis opponi potest etiam post lapsa tempora præfixa ad opponendam exceptionem dotis non numeratæ.
- 11 Insinuatio requiritur secundum leges loci, in quo contractus fit.
- 12 Confessio dotis recepta facta animo donandi, non valet non insinuata, non obstante juramento.
- 13 Præsumptio vere solutionis dotis, petita ex eo quod maritus uxori alimenta præstitit, est valde levis.
- 14 Donatio per maritum facta uxori confirmatur morte mariti, intelligendo dummodo maritus donator uxori præmortuus fuerit.
- 15 Locus loci est de substantia contractus.
- 16 Sinistra suspicio oritur contra eum, qui tardus est in producendo instrumentum.

Viso contractu recognitionis & confessionis dotis receptæ, in quo maritus declarat in favorem vxoris absentis, notario pro ea stipulante, se habuisse & recepisse à dicta sua vxore summam quinque millium scutorum, & realiter ante dictum contractum, & à tempore consummationis eorum matrimonii receptorum, tam in auro & argento, quam moneta, & jocalibus, & que ad concutrentiam & valorem dictorum 5000. scutorum, quam summam vult & intendit quod dicta ejus vxor, adueniente casu quo ipse ante eam decedat, possit repetere & recuperare toties quoties, tanquam præcipuam, & alias debitam, pro ut sibi videbitur, & debeat, cum obligatione & hypothecca omnium bonorum suorum; & dictus maritus juravit & affirmavit prædicta omnia veritatem continere, & ita vult, & intendit fieri, & adimpleri; renuncians omnibus iuribus, legibus, & capitulis contrariis, & eorum tenori.

Contractum illum nullum judicavi & inualidum, neque ex eo, aut ejus vigore agi potuisse per hæredes dictæ vxoris, cum contineat confessio nem dotis receptæ factam constante matrimonio, nulla dotis promissione præcedente: quæ confessio ex veriori, & communiori DD. sententia censeatur facta animo donandi. † Quia licet valde contronversum fuerit, utrum talis confessio censeatur facta sub spe futura numerationis, vel ex causa donationis, ita ut nonnulli ad conjecturas recurendum esse existimauerint, teste Gabriel. conf. 163. n. 21. lib. 2. Beltram. in additad Ludouil. decis. 67. n. 14. tamen in judicando † recedendum non est ab ea sententia, quæ donandi animo confessionem factam esse censuit: ut dicit Menoch. lib. 3. præsumpt. 12. n. 66. Mantie. de tacit. convent. lib. 11. tit. 10. num. 20. Mart. Medic. exam. 51. num. 7. & sequent. fol. 571. Sanch. lib. 6. disput. 9. num. 5. Rot. decis. 655. num. 1. part. 4. recent. Ludouil. decis. 67. num. 7. post Aretin. conf. 86. num. 1. versic. secundo ostenditur: fusc Rot. decis. 633. num. 2. part. 2. recent. idemque tradit Marefcot. lib. 1. var. resol. cap. 8. num. 4. & de communi etiam testatur Fontanell. de pact. nuptial. claus. 14. gloss. unica, part. 1. num. 66. eadem Rot. Rom. decis. 61. num. 1. part. 2. recent.

Et dicta fraudis præsumptio, & animus donandi inter virum & uxorem multò magis colligitur ex eo, quod talis confessio facta fuit absente vxore, ut notauit Rot. dicta decis. 633. num. 8. versic. & quia dictum instrumentum: confessio enim absente parte facta, minoris est efficacie: Afflict. decis. 12. num. 2.

Maximè, quia agitur de magna quantitate, & excessiua, habito respectu ad qualitatem personarum. Quando enim facta fuit confessio dotis incongruæ, multò magis animo donandi præsumitur facta: Rot. d. decis. 683. num. 6. Rot. divers. decis. 485. num. 7. lib. 3. Menoch. dicto lib. 3. præsumpt. 12. num. 16. post Salicet. in l. 2. num. 3. versic. & ideo, C. de dot. caut. & non numer. Alex. conf. 86. num. 3. & ibi Addent. lib. 7. Ludouil. decis. 188. num. 1. † qui etiam num. 3. arguit fraudem & inuersionem ex qualitate solutionis, quæ in jocalibus, auro, & argento facta dicitur, pro ut in casu nostro, & promissio præcedens non erat de certa summa: Ludouil. decis. 188. n. 1.

Et ex præmissis inferitur, quod licet alias ex magis communi opinione donationes inter virum & uxorem juramento firmentur, tamen hoc procedit in vera & expressa donatione, non autem in ea quæ inducitur tacitè ex mariti confessione, quæ nec quidem juramento firmatur: ut resoluit Mantie. dicto lib. 11. num. 20. tit. 20. Marefc. dicto lib. 1. cap. 8. num. 6. & 7. † Maximè quia juramentum appositum in dicto contractu, est tantum assertorium, & non promissorium, cum dictus maritus juret omnia contenta in instrumento esse vera: & deinde alia oratione dicat, que ainsi ven & entendu estre fait, & accompy, nullo alio juramento promissorio adjecto; quo casu verior est sententia, talen donationem juramento non firmari, ut notat Sanch. lib. 6. de matrim. disput. 12. num. 4. Menoch. dicta præsumpt. 12. num. 45. juncto num. 48. & hanc fateatur esse communem Couar. lib. 1. var. resol. cap. 7. num. 14. Curt. jun. conf. 95. num. 5. Aret. conf. 74. num. 7. Vasq. de success. creat. §. 29. num. 12. Roland. conf. 76. num. 9. usque ad finem, vol. 4. Mart. Medic. exam. 17. num. 52.

Inferitur secundò, quod nihil facit ad rem, quod ex aduerso opponitur, lapsa esse tempora proponendæ exceptionis

- exceptionis dotis non numeratæ: juxta l. final. & Auth. quod locum, C. de dot. caut. non numer. Quia illa exceptio locum haberet, si tractaretur de confessione dotis facta sub spe futurae numerationis: quod in casu nostro considerari non potest, cum superius ostensum fuerit, factam fuisse animo donandi: † præsertim verò cum in dicta confessione exprimitur modus solutionis, qui respicit præteritum tempus, nempe in auro, argento, & jocalibus: quod etiam consideravit Rot. d. decis. 683. part. 2. recent. † Unde etiam si lapsa fuerint tempora proponendi exceptionem non numeratæ dotis, semper opponi potest exceptio simulationis, ut norant Fontanel. d. claus. 14. glos. vnic. n. 76. Menoch. de præsumpt. d. præsumpt. 12. n. 74. Mantica. d. lib. 11. tit. 20. num. 29. Gratian. discept. forens. c. 693. n. 12.
- 11 Inferitur 3. dictam donationem ex defectu insinuationis nullam esse, & inuvalidam, cum fuerit facta in Gallia, ubi ex Regis ordinationibus insinuatio necessaria est, cum quoad insinuationem locus celebrati contractus respici debet: ex Gratian. discept. forens. c. 253. † ita ut talis confessio, & donatio inde resultans non insinuata, quantumvis juramento roborata, nullo modo etiam intra quingentos annos subsistere possit: Gratian. d. c. 693. n. 6.
- 13 Inferitur 4. quod licet maritus alimenta vxori præstitisse dicatur, non tamen ex eo inferri possit aliquid ad veritatem dictæ confessionis: tum quia mariti non solent vxores deserere, quamvis dotem non soluant: ut dicit Fontanel. ubi supra, num. 66. tum quia hoc procedere posset, si vxor dotem promississet, & non solueret, cum tamen de aliqua promissione non constet: tum etiam, quia dicta præsumptio alimentorum præstitorum non multum virget, & est valde levis: ut per Rot. decis. 683. n. 31. parte 2. recent. tum, & denique, quia de tali alimentorum præstatione non constat.
- 14 Vltimò ut omnis tollatur difficultas, non solum præsumptio simulationis, sed & vera probatio nullitatis dicti instrumenti ex eo resultat, quod cum illud esset conditionale, nempe casu quo maritus vxori præcederet, defectu conditionis instrumentum redditur caducum: cum aliàs donatio inter coniuges tum demum morte confirmata censeatur, si donator prius mortuus fuerit; si verò donatarius prædecesserit, donatio redditur nulla, & caduca: cap. fin. de donat. inter vir. & vxor. cum ibi notatis: Sanch. d. lib. 6. disput. 14. n. 20.
- 15 Sed tandem euidenter constat, contractum illum esse nullum, & inuvalidum, cum in eo deficiant solemnities instrumenti, nec adiectus fuerit locus loci; sed tantum dictum fuerit, contractum fuisse celebratum in loco de Vertaud, non autem in tali, vel tali domo: ex quo defectu dictus contractus redditur nullus, & inuvalidus; quia expressio huiusmodi locorum specifica, est de essentia, & forma instrumenti: quod ita constitutum est ad evitandas falsitates, & inducendam certitudinem actus gesti: ita copiose ostendit Menoch. consil. 288. n. 1. & multis seqq. & maxime num. 19. Addent. ad Burat. decis. 265. num. 4. Et † magna est contra dictum instrumentum suspicio, ex eo quod actores fecerint petitionem iurium maternorum, & distulerint productionem huius præfati instrumenti post plures annos: ex qua tarda productione oritur præsumptio falsitatis contra dictum instrumentum, l. si quis forte, §. 1. ff. de pæn. ibi, nec enim debebant tam magnam rem tamdiu reserere: Crauet. conf. 28. Asertum instrumentum, num. 6. Ozasc. decis. 117. num. 9. Menoch. lib. 2. præsumpt. 91. num. 8.

lib. 3. præsumpt. 122. num. 94. Mascard. de probat. conclus. 740. n. 17.

CAPUT CLXXXVI.

De donatione dotis profecticia facta per filiam familias sine consensu paterni interventione in ipso actu. Filiis utrumque stipulatione facta super restitutione dotis, jus fuerit quæsum tanquam heredi, & sic utrum dotem habeant tanquam hæredes matris, an ex propria personæ, & quomodo sint explicanda verba stipulationis, siue promissio restitutionis facta fuerit impersonaliter, siue in personam filix, aut cum clausula quibus de jure.

SVM MARIVM.

- 1 Donatio causa mortis facta per filiam familias sine patris consensu interveniens in ipso actu, nulla est.
- 2 In donatione dotis profecticia facta per filiam familias requiritur consensus patris.
- 3 Semper consensus patris requiritur in donatione facta de dote profecticia filie, propter mulieris fragilitatem.
- 4 Patris auctoritas est necessaria pro forma in contrahendis filiarum familias, sicut patris auctoritas continetur clausulas irritantes.
- 5 Filij non tenentur imputare dotem maternam in legitimam avi, quando illam habent uti hæredes matris, sed si tanquam filij.
- 6 Si filij habeant dotem maternam tanquam hæredes matris, possunt de ea ad libitum dispendere.
- 7 Verum jus fuerit quæsum liberis ex constitutione dotis maternæ tanquam liberis, vel tanquam heredibus, verba stipulationis præcipue consideranda sunt.
- 8 Expenditur consilium Surdi 206.
- 9 Si ex contractu matrimonij constet, patrem voluisse quod actio dotis propria esset filie, ipsa sola agere potest, & non pater.
- 10 Si promissio dotis facta fuerit impersonaliter, persona filia solum adjecta verbo executoris, dos mortua filia imputanda est in legitimam avi.
- 11 Impersonalitas in obligatoriis vitiis obligatorem, sed si sit in executoris.
- 12 In dubio pater sic videtur stipulari, ut actio de dote communis esset inter patrem, & filium.
- 13 Impersonalis stipulatio restitutionis dotis potius interpretari debet, ut actio de dote non assignetur a patre.
- 14 Clausula restitutionis dotis, quibus de jure, & non nocet patri donanti, quamvis persona filia apposta in prima parte stipulationis, non attenditur ordo scriptura, sed verbum juris.
- 15 Surdi consilium 206. à multis reprobatum.

DUæ resultant quæstiones ex facti serie propo-
sita per quædam mercatoris præfatus Civitatis.